



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LXXXIV. Oratio an si neceßaria & Vtilis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

*Quod in praesenti momentaneum est. &c.* Meritum verò licet ad vitramque Dei iustitiam pertineat; magis tamen ad Distributiuam, quā Commutatiuā; quia distributio p̄miorum reuocatur ad gratiā p̄destinationis, quę est sine meritis p̄auis facta. Ad Commutatiuam: quia p̄mium datur beatis secundum mensuram laborum.

**IV. CARITAS** requiritur magis, quā **FIDES**. Nam illi promissa beatitudo est; Ioan. 14. *Si quis diligit me, diligam, & manifestabo et me: quæ manifestatio est beatifica visio.* 1. Cor. 2. *Oculus non vidit quæ Deus preparauit diligentibus se.* Proinde, 1. Cor. 13. *Si habuero omnem fidem; caritatem autem non habuero, nihil sum.* &c. Et ista quatuor requiruntur ad meritum.

**V. EX CONDIGNO** non solum de Congruo, meretur iustus. Vnde Col. 1. *Ut ambuletis Dignè Deo.* 2. Thes. 1. *Ut digni habeamini regno Dei;* id est, condigni, ἀξιοι: Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones.* &c.

2. Condignitas verò ea manat, *Tum ex operum dignitate, ut quæ informari gratia: Tum ex Dei pacto.* Quia, Ioan. 1. *Vita æterna est gratia mercedis pro gratia meritorum;* seu caritas patrīc pro caritate viꝫ: sed inter gratiam hanc & gratiam illam est proportio; ergo & condignitas. Gratia namque operandi bene, est *fons saliens in vitam æternam:* fontis autem est proportio ad flumen gloriꝫ, *quod latificat civitatem Dei.* Ps. 45.

3. Sed meritum est duplex, Personæ & Operis. Item vita æterna duplex; Hæreditas, & Merces. Merito personæ potest haberi æterna vita, ut Hæredi-

tas: at merito operis, vt Merces; Adhoc opus pacto Dei, quod acceptanda sint opera; non ad Illud: *Quia gratia ex te se habet relationem ad gloriam.*

4. Deus verò etiam supra condignū remuneratur opera bona. Quia Matt. 5. *Merces vestra copiosa erit.* Luc. 6. *Mensuram bonam, confortam, & sapientem dabit.* Luc. 19. *Habent, plus dabitur.* Luc. 20. Etiam non operatis totum diem, datur tamen denarius totus; *quia bonus sum,* ait.

5. Primam tamen gratiam merentur nemo ex cōdigno, nisi solus Christus; et meritus est omnibus. De hoc enim, non de illo, paclum constat.

6. Iustus nihilominus potest alteri gratiam mereri primam de congruo. Ita Mat. 9. *Videns Iesum fidem eorum, &c.* curauit agrum. Sic Stephanus meruit Sauli conuersationem. Iustus intem fibi ex condigno mereri augmentum gratiæ potest, & ita crescere usque in perfectum diem.

## V. DE BONIS OPERIBVS IN SPECIE.

### QVÆSTIO LXXXIV.

*Oratio an sit Necessaria, & Villis?*

I. ETHNICI quidam, teste S. Tho. l. 3. contra Gentes. c. 96. per orationes putarunt Dei posse mutari Prudentiam:

II. MESSALIANI, ait Theodore l. 4. b. 1. c. 10. dicebant, per solam orationem homines iustificari posse.

III. ETHNICI quidam, ait Cie. l. 1. de nat. deor. II. Peripateticī tollebant ē medio & prouidentiam Dei, & orationem spernēbant.

PALAGIANI, teste S. Aug. l. de har. c. 89. defrancabant orationes Ecclesiā; quod dicere, homines

ſunt vix.

suis viribus posse recte vivere, & Dei seruare mandata.

WICLIF, teste Th. VV al. 10. c. 1. 2. finxit, Deum non requirere cogitationes aut voces nostras; sed solum opera bona, quae sunt oratio vitalis, sicutbat.

LUTHER ANVS IOAH. MONHEMIUS IN Catechismo finxit, Deum id petentib⁹ dare, quod daturus erat, et si non perissent. Quo super- uacaneam reddit orationem.

AUTOR. I. Deus est immutabilis, Nu. 23. 1. Reg. 15. Malac. 3. Iac. 1. Quia est simplex, infinitus, eternus. Ita S. Th. 1. q. 9. a. 1. Humana igitur oratione mutarnequit.

II. Not. sola oratio iustificat. Quia Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit. Ioan. 6. Nisi manducaveritis Carnem Filii hominis. &c. non habebitis vitam in nobis. Ita que hæc, aliaque talia sunt necessaria.

III. Oratio est necessaria sic ut, que Deus per eam dat, sine ea non dedisset. Ideo Luc. 18. OPORT ET semper orare, & nunquam desicere. Luc. 21. Vigilate semper orantes, ut digni habeamini fugere ista. I. Thes. vlt. Sine intermissione orate. Eccl. 18. Nō impediatis orare semper. Ideo laudata est viduæ importunitas; Publi cani humilitas; Luc. 18. Et petentis tres panes instantia. Luc. 11. 2. Deinde necessaria est ad bene viuendi auxilium, Nā, Ioan. 15. Sine me nihil potestis. Vnde 2. Cor. 3. Sufficiencia nostra ex Deo est. ORANDUS igitur Deus est. Planè, Ps. 105. Dicit ut disperderet eos; si non Moyses ele- gue eius stetisset in confractione in conspe- cie eius. Item Mat. 17. Hoc genus demoniorum non excitur, nisi oratione, & ieunio. Iac. 4. Non habetis propterea, quod non pos- sitatis. Petitis, & non accipitis; eo, quod ma- le petatis. Ergo aliquid non datur; quia non, aut male petitur. Idcirco Iacob, Gen. 25. pro prole orabat, tametsi ex Dei promisso sciret seminis sui bene-

ditionem. Sic Helias, 3. Reg. 18. ora pro pluuiâ ipsi præscita: Tobias, cap. 6. aduersus Asmodæum.

LUTHERO-CALVINISTA Melanthon in Loci Com. tit. Precatio: Caluinus Inst. 3. c. 20. §. 3. Brentius in Conf. VV intemb. c. de orat. ac cæteri, prese ferunt maximi se orationem estimare; at ipsius UTILITY ATTEM euacuant, & abnegat esse 1. Satisfactoriam: 2. Meritoriam: 3. Imperatoriam. Priores duas tollunt; mutilant im- petrationem; dum negant orationibus im- petrari peccatorum remissionem, & iustifi- cationem; vt que soli tribuant fidei, prece- denti orationem. Cæteræ dant precibus exo- rati posse.

AUTOR. Perutilis est oratio: 1. Ad Satisfactionem: Quia laboriosa & pa- nalis est; vti ieunium; & elemosyna.

2. Ad Meritum: Quia Mat. 6. Pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi.

3. Ad imperationem. Quia Luc. 18. Publicanus oratione facta, descendit iu- stificatus.

## QVÆSTIO LXXXV.

### Orationem Dominicam quatenus carpant Heretici?

I. TERTULLIANVS de Oratione, & CAL- VINVS Inst. 3. c. 20. §. 35. asserunt sextantum pe- petitiones, duasque ultimas in unam contra- hunt. 1. Caluinus mentitur pro se facere pri- scos S. Patres; citatque S. Chrys. & Aug. 2. Suaderet, Sed, particula aduersativa, 3. Quia Luc. 11. non habetur, Sed libera nos. &c. quia, ait Aug. in Enchir. c. 116. continetur in prece- dente.

AUTOR. Septem sunt petitiones o- rationis Dominicæ. Ita S. Patres, Aug., Ansel., Rup., Innoc. Thomas, Bonau., &c. Quidam solum exponunt eam, de numero nullaborant. Tertulliano, ait Sanctus Hilarius can. 5. in Matth.

q. 3. confi-

